



M/le



1759

DE  
DEDICATIONIBVS  
DISSERENS,  
VIROS  
GENEROSISSIMOS, SVMME VE-  
NERABILES, PRAENOBILISSIMOS, CON-  
SVLTISSIMOS, AMPLISSIMOS,  
PATRONOS

ET  
SCHOLAE ANTISTITES HONORA-  
TISSIMOS,  
PARITER ATQVE OMNES  
MVSARVM FAVTORES ATQVE AMICOS  
SPECTATISSIMOS, COLENDISSIMOS

AD  
EXERCITIVM  
ANNVI EXAMINIS  
ORATORIVM CLASSIS IIDAE

D. 2. APRILIS, M DCC LIX. HOR. MATVTIN.  
INSTITVENDVM

*HVMANISSIME INVITAT*  
IOANNES AVGVSTVS MILLING,  
CONRECT.


---

COTHENII,  
STANNO SCHOENDORFIANO.

DE  
DEDICATIONIBVS  
VIRI  
CENTROSSIMOS SVMME VI-  
RIBILES PRACIOSISSIMOS CON-  
SULTISSIMOS AMPLISSIMOS  
LATIONOS  
SCHOLAE AMSTELÆDAMI HONORA-  
RIBILES  
PACIFICATIS OMNES  
MITHRIDATIS HONORIBUS  
SPECTABILIS COLLEGIIS  
LITERARIIS  
ANNVS EX AMNIS  
ORDINIS CLASSIS  
E. L. ANNO MDCCLXXXVIII  
L. ANNO MDCCLXXXVIII  
L. ANNO MDCCLXXXVIII  
L. ANNO MDCCLXXXVIII

L153





§. I.

Duplex potissimum, angue peius fugiendum, se iis offert periculum, qui vitæ suæ genus litteris dicant. Sunt, qui stadia eruditi campi iam sibi persuadent, emensa, dum adhuc in limine hærentes, hinc inde vacillant. Numeris se credunt absolutos iam omnibus, ranulæ illæ Dianam se putantes; si vix ac ne vix quidem sine cortice didicerint natare. Sed hi fere sunt, qui dulce Musarum otium interponentes vel torpescunt; vel, nescio quo casu sinistro munus iam nacti decrescunt, nec sibi plus vltra quidquam in artibus somniant. Alterum vero nascitur ignobile genus hominum, quod iusto leuiorem æstimat litterarum scientiarumque ambitum; atque hinc inde primis modo labris aliquid degustati iam Oedipum se credant, quum tamen modo Dauus ex iis loquatur. Nostris præsertim temporibus infelix illud dominatur lolium, totumque pæne, vrit Heliconem. Quod si quis homuncionum vno quasi vehementi impetu omnes limis modo oculis perlustrarit disciplinas, earumque formam atque imaginem in transcursu tantum conspexerit; simulatque iam disputare; magna & sublimia moliri incipit; ac denique laborem  
fus-

fufcipere, ad quem folus modo eruditus, ut ita dicam, requiritur Hercules. Vterque horum magnopere fallit atque a recto veræ eruditionis tramite aberrat. Neutrum quoque fplendido eruditorum nomine iudicamus dignum, fed potius vmbra & imaginem orbis eruditi dicamus.

§. II.

Quamuis autem hos, qualescunque §. I. deteftemur, tales iudicantes, qui verum Mufarum finem ignorant, nolimus tamen, quemuis proprio tantum fuo & primario ftudio vnice manere adftrictum, inque reliquis effo hofpitem. Concedimus quidem, & quantum per nos licet, optamus, vt quisque fortunam in alea tentaturus, quibusdam in difciplinis & fcientiis maiorem induftriam, laborem, adhibeat atque occupationem; ac in reliquis, quid? quod in iis fit totus. Id, quod fummæ neceffitatis effe quivis fanæ mentis profitetur. At tantum abeft, vt principi huic fuo ftudio intentus reliquas non curare deberet artes & fcientias; vt potius etiam extra fuos, quibus habitat, fines, reliqua litterarum domicilia obambulet, & pro viribus fuais altius in ea fibi fit penetrandum. Haud difficili illud fluit negotio non ex eruditione ipfa; fed & animæ humanæ perfectione. Eruditus vere talis, quem quidem iudicamus illum, qui omnes animæ fuæ facultates (feu ingenium) per difciplinâs coluit; non folum per intenfionem difciplinæ, qua plures, grauiores easque maiore in ordine, veritate, claritate & vita amice coniunctas propofitiones cognofcit; fed & per extensionem fiue vafitatem, qua multas difciplinâs, plures earum partes & crebriori exercitio exhaurire ftudet; animam fuam emendare & perficere cogitur.

§ III.

## § III.

Omniū vero porro Ethicorū saniores maximam, quantam nempe limites hominū concedunt, perfectionem suadere, quis ignorat? Animi vero vis maiorem obtinet perfectionem per cognoscenda & multum & multa §. II. Hinc inde cuiusvis mentis facultati augendæ opera est danda. Augetur vero illa & redditur maior per crebriorem & similiorem actionum sibi cognatarum repetitionem sive exercitium; cui quidem omnis tam ratio, quam experientia facile suffragatur. Quare merito ac iure a quouis Erudito postulamus eruditionem tantam, quantam obtinendam sibi humanitas sua concedit, maximam. Quid vero illud aliud est, quam eruditum, volumus Polyhistorē; sed temperantem atque sanum; minime Pansophum.

## §. IV.

Quum vero duplex scrutandi atque cognoscendi vis a summo rerum gubernatore hominī sit insita; altera intelligendi, qua quidem omnes huius terrarum orbis res creatas superat & quā nihil altius, nihil antiquius; altera vero sentiendi, iculus quidem signi discernendi & alias creatas res creator facere voluit participes: quiuis emunctæ naris vir exinde colligit, vtramque facultatem Erudito esse emendandam. Quod quidem duplex nobilissimum cognitionis humanæ discrimen nomine apud Philosophos est insignitum: Facultatis cognoscitiuæ SUPERIORIS, i. e. intelligentiæ, & INFERIORIS i. e. sensus. Erutus vere talis §§. III. II. non in exercendo solum intellectu vel facultatibus superioribus; sed etiam in inferioribus, quæ infra intelligentiam sunt positæ, occupatur. Ne-

Nexus harum disciplinarum, quas distincte eruere, enucleare & proponere non semper vel licet, vel etiam non fieri potest, est philosophia Gratiarum & Musarum, Aesthetica (siue artes liberales). Quarum in campum sæpius etiam excurrere dulcesque ex arbore fructus carpere eruditum & decet & oportet. Mentis vero nostræ facultates & inferiores ne torpescendo decrescant; sed potius eleuentur, emendentur, provehantur, sæpius iis utamur, est necesse. Crebriore enim exercitatione crescunt animi vires & corroborantur; ergo etiam eæ per sensus acquisitæ siue sensitivæ. Hinc Praxis cuiusvis animæ facultatis plurimum facit ad culturam animi & quidni etiam ad eruditionem. Facili exinde negotio colligimus, Eruditum extra distinctionis sphaeram & colere debere & exercitare non solas distinctas disciplinas, i. e. Eruditus esto Aestheticus practicus!

§. V.

Eruditus talis, qualem §§. III. IV. V. descripsimus, multifariam proponendi veritates perfectionem assequitur. Quum enim non semper sibi cum iis sit negotium, qui connexas veritates vel ex tribus modo ratiocinationibus possunt exhaurire, atque per celebres illas notiones edocti simulatque possunt penetrare; verum sæpissime eueniat, vt & eorum in gratiam prodeat, quibus

*Musa non dedit (adeo excellens) ingenium;*

*Non dedit ore rotundo loqui, præter laudem*

*Nullius inani. Hor.*

pulcre meditetur, atque secundum Aesthetices regulas sint verba ipsius ornata, maximopere est necesse; nisi maluerit, auditores suos vel lectores sæpius oscitando adeo defatigari, vt somnio perfusi sibi annictent. Spe-  
ctat



stat hoc omne, quantum quantum est, Eruditorum genus  
 §pho IV.

§. VI.

Distincte aut pulcre cogitaturus, vel scribat, vel disputet, circa tria potissimum erit occupatus.

I. Omnem mentem, operam, industriam ad res adhibere debet, quas sibi deligit meditandas; materiamque suam accurata mentis trutina perpendat; disquiratque

II. an etiam vires ipsius labori atque negotio huic sufficiunt, quid scilicet valeant humeri, quid ferre recusent. Denique vero

III. Quibusnam sua communicet, seu quinam sunt, a quibus potissimum vult legi, vult intelligi. Attendant nempe obiectum, ut aiunt, personale.

§. VII.

His rite perpensis, duobus præcipue prioribus, secundum accuratam & virium & materiæ dimensionem, cautius tamen properet ad tertium. Eruditus

§§. III. IV. enim licet non sibi, sed toti se genitum crediderit orbi, & præclaro & vniuersalissimo se instructum putet ingenio; nihilo minus inueniet, quibus, nisi superflua; auribus tamen ipsorum non adeo concinna atque ipsorum genio minus conuenientia dixisse videbitur; aliis e contraria parte nimis obscurus, & si diis placet, nihil partim noui, nihil veri narrabit. Hinc etiam vel maxime in materia sua defudat enucleanda; nunquam tamen omne mortalium genus sibi obiectum personale §. VI. legere penes eum est. Quod si vero a plurimorum  
 sal-

saltem obscuritatis accusatione liber esse velit; præstabit aliquod inuenire signum, commonstrans, qualibus potissimum scriptum e. c. vult esse proprium auctor, quique in succum vertere possunt & debent atque sanguinem.

§. VIII.

In limine statim scripti quendam nominare vel etiam plures, quibus inscribitur; atque ex quorum conditione metiri posses, quales & quantos sibi quisque optat lectores; nihil aliud est, quam DEDICARE. Patet ex his, quando in primis dedicationibus sit opus. Nimirum si forsitan sunt, qui censorio incedentes supercilio simulatque omne illud, quod ipsorum genium non titillat, calamo allinunt atro; vt iis, si qui sunt, dedicatio, muta interpret, acclamet: Ne sutor vltra crepitam.

§. IX.

Veritus atque certissime suspicans obscuritatem scripti §. VII. apud aliquos, dedicit certo cuidam, vt quiuis illud detrectans prius se iuxta illius eruditionem metatur; siquidem tunc dedicans imitatur primos inter venustos auctores, vtpote qui eis modo sua inscripserunt, qui poterant esse vera signa cognoscendæ claritatis & perspicuitatis scripti. Ita auditores e. c. amicos, æquales &c. sæpius nominarunt in fronte libri, siue iis dedicarunt,

§. X.

Dedicatio vel honesta tantum denominatio alterius §. VIII. esse potest; vel etiam epistola. Posteriori loco obtinent & omnes epistolæ pulchritudines; Quarum ve-

ro veneres solas sectari, vel etiam panegyrim alterius laudum satis insolenter prædicare temeritatis est, adulationemque modo redolet. Caueat illud eo magis Eruditus, quo magis incondita plebs ad exemplum eius se componit, isque vero dedicandi fine excidit §. IX.

§. XI.

Dedicationes naturam eorum ob oculos nobis sistunt, quorum causa meditatus est auctor thema suum §. VIII. IX. Ex quibus adeo innotescit, cuiam in primis hominum seriei ac multitudini sua venuste cogitata dicare animus fuit; quibusque porro dotibus mentisque ornamentis sit ille instructus, a quo intelligi decet & placet. Quis igitur, quæso, non videt, dedicationes vtilitatis esse bene multæ? Cauent enim,

*Ne, qui detrectat presentia, liuor iniquo  
Vllum de nostris deme mordeat opus. Ouid.*

Lucem maiorem ergo, claritatem & perspicuitatem affundunt scriptis, quæ misit eruditorum examini venuste ac pulcre meditatus auctor. Quæ quidem omnia iure nostro FINEM earum PRINCIPEM constituamus §. VIII.

§. XII.

Deinde vero caute nec non cum grano salis est instituenda alterius denominatio, pariter atque epistola §. X. IX. Namque is, cui inscribitur scriptum, tanti æstimatur, vt secundum eius indolem atque naturam alii etiam metiantur suam §. IX. Tacite igitur iam per dedicationem ipsam prædicamus eum, qui non leuiter sit litteris tinctus quid? quod aliis iudicamus perfectiorem. Quo melius, quo præstantius, quo vtilius, quo maius hominum saluti & promotioni cognitionis, hinc perfectionis

B

ani

animæ inferuiens scriptum est: eo maius atque sublimius nomen alterius habemus, §§. III. IV. cui dedicamus. Hinc fieri potest, vt & medium conciliandæ AMORIS, AESTIMII, FAVORIS sit alterius. Conciliatio Favoris igitur, Patroni e. gr. est finis subordinatus principi §. XI. seu primario, SECVNDARIVS.

§. XIII.

Prius in dedicando autem, quam manum operi admo- uemus, tria potissimum mens oportet circumspectat.

I. an ille, cui inscribitur, nobis etiam satis innotescat. §§. III. IV.

II. Vtrum etiam vere ipsi insint perfectiones §§. XI. XII. VIII. atque graua illa eruditionis criteria, quæ de ipso gloriamur; & quod inde sponte sequitur,

III. vt etiam alii vere obiectum personale illum habere possint, naturam suam cum ipsius componen- tes natura.

§. XIV.

Faciles largimur, sæpius dedicationes posse nobis conciliare gratiam alterius atque fauorem §. XII. Quod si vero vnicum hoc modo fingitur finis isque primus, §§. XI. XII. VIII. merito censemus, falsas & suspectas, easque, in quibus nihil nisi lenocinia conspiciuntur adulatoria. Eo magis dispiciendum statuo, ne quid sibi nocere multo facilius, quam prodesse possint dedicationes, si in os alicui finguntur virtutes & laudes; quarum ne particeps quidem unquam esse voluit is, cui inscribitur.

§. XV.

Duplex exinde oritur portentum satis deforme. Vel finguntur alicui quædam realitates, quibus tamen nun-

nunquam fuit ornatus ; vel obruitur magnus ac vere talis litterarum stator & Mæcenas scriptis, quibus trita factis ac vulgaria continentur ; in quibus non digna ingenio suo sunt, pusilla, humilia, quid ? quod abiecta, quæ mente præcordiisque, dedicans modo concipere potuerit. Vbi in principio scripti factis infauste. Pariunt montes, nascetur (in ipsa tractatione) ridiculus mus. Vtrumque hoc maxime est vitandum ; ne primo loco magis videamur alteri illudentes ; & subrustice adulantes ; altero autem loco, ne molestias facti graues alteri nugis modo faciamus nostris.

## §. XVI.

Prius §. XV. quod attinet, nihil magis est detestandum, nihilque maioris impudentiæ, quam laudibus aliquem coelo æquare, quum tamen humili terra vix reperire sit dignus. Neque enim simulando ; neque dissimulando limites aureæ Ethicorum mediocritatis transiliamus. Sin autem tamen omnium horum incurius §. XIV. XV. scriptum suum inscribens alteri, caueat tamen, ne Favoris loco nec non Gratiæ iratum potius animum alterius sibi contrahat. Nonne enim alter maximam laudum aggerationem atque cumulum excipere potest exprobrationem ? Nonne fictas perfectiones, quibus ad diiudicationem thematis opus est, vertere potest in illusiones ? Arabica enim ex fragmentis collapsæ ciuitatis antiquæ, collecta ; vel famosam illam circuli quadraturam, vel materiem, quam multa nocte premit DEVS ; dedicare viro e. gr. rei alias suæ publicæ heroi & statori, quid est, quam ignorantiam eius harum rerum laudabilem fini-

stra notula signare ? Luculenter & ex iis patet veritas  
§. XI--XIV.

§. XVII.

Alterum §. XV. membrum tritum ac vulgarem nostro ævo sistit dedicationum abufum. Vti peccat §. XVI. in excedendo; ita hic in deficiendo, vterque vero contra dedicationum finem §. XI. primarium. Meliores profecto doctores manerent, si possent tacere. Plerumque vero hi sunt leuiculi minutiarum sectatores, qui, secundum Ciceronem, neque apud alios loqui videlicet didicerant, neque multum ipsi secum. Quæ quidem Parnassi reptilia auribus grauis atque seueri litterarum fautoris obfusurrant abiectisque suis minutiis eum stipare oppugnareque non erubescunt. Misellæ hæ animulæ, numariique poetastri iam dudum ex Musarum choro ablegati vellemus adeant ad suas imagines,

*Vbi tota cohors pede non est altior vno*

§. XVIII.

Iusto ne simus longiores, atque id temporis ratio concedit, agmen claudat tractationis nostræ horridulum illud & fatis incomtum dedicandi genus, quod dicamus MERCENARIVM. Vbi videlicet tantum lucrandi causa quidam in fronte scripti fatis temere nominatur: dedecus illud Musarum bene magnum. Ne enim dicam, aduersari omni erudito §§. IV. II. III. omnique dedicandi fini §. XI. XII; dehonestat profecto omnes Musarum Veneres, grauem litterarum auctoritatem, vtilitatemque, autem fere dicere, omnem dulcem, studiorum veluti confectarium vniuersalissimum. Vitium vero hoc fo-

le

le patet clarius meridiano, neminemque, nisi cui rude

*Ingenium ; non cultum ; turpiter hirtum.* Horat.

facile fore puto, qui non ab eo abhorrens detestetur.  
Quare etiam huic diutius immorari non est animus. Ex  
iis, quolibus vero cunque, quæ disseruimus, liquet,  
qualis sit forma, qualis dedicationum habitus ; inque  
primis magnæ esse vtilitatis in iis circumstantiis, eoque  
in nexu, si tempus forsan experiamur in scribendo

*Quale per incertam lunam, sub luce maligna,*

*Est iter in siluis, ubi cælum condidit umbra*

*Iuppiter, & rebus (personis ea legentibus) nox (ingenium) ab-*  
*stulit atra (atrum) colores.* Virg.

Tantum :

Qui has quantulascunque meditationes meas mei mo-  
duli in conspectum Vestrum produxit annui nostri exa-  
minis iucundissimus postulat dies, vt & Vos, PATRONI  
& INSPECTORES Colendissimi, Optimi : pariter at-  
que omnes Musarum, & potissimum Scholæ nostræ FAV-  
TORES & AMICI Aestumatissimi humanissime et-  
iam atque etiam rogem atque orem, velit Vestra fre-  
quentia & celebritate actum hunc nostrum condecorare  
sollemnioremque reddere ; atque pro Vestra in Musas  
benevolentia, ac prudenti in formanda iuuentute iudicio,  
bona cum venia, audire & ea, quæ præterito, ex quo  
DEVS benignissimus munus docendi concessit, tem-  
pore cepit iuuentutis ordinis Ildi diligentia ; & ex-  
ercitationes illius oratorias. Quas quidem sequente or-  
dine absoluent :

Lu-

*Lugubre Fatum Cüstrini*

deplorabunt carmine heroico Romano

Christianus Carolus Bieler, Basdorf-Cotheniensis.

Ioannes Theophilus Nordtmann, Girschleben - Cotheniensis.

Ioannes Christianus Ernestus Quast, Cotheniensis.

Augustus Ludouicus Christianus Ifensee, Cotheniensis.

Quorum hi duo posteriores post finitas lectiones canent :

Reliqui autem inter se colloquentur

*De Hebræo.*

Quod Colloquium est partitum in tres Actus. Quorum alterius personæ semper post quamvis finitam lectionem collocuturi sunt. Sunt vero personæ :

Martinus' Andreas Ludouicus Nordtmann, Girschleben-Cotheniensis, Dubitator.

Ioannes Andreas Naumann', Ziebigk - Cotheniensis, Linguae Hebrææ Magister.

Henricus Guilielmus Bramigk, Cotheniensis, in omnes illudens (ein Mocqueur.)

Carolus Fridericus Guilielmus Rindfleisch, Cotheniensis, Philologus.

Chri-



Christianus Theophilus Rindfleisch, Cotheniensis,  
Ofor linguæ Hebrææ.

Carolus Leopoldus Vierthaler, Cotheniensis, Candi-  
datus Philosophiæ.

Christophorus Lebrecht Bæntsch, Cotheniensis,  
Criticus.

Ioannes Andreas Heinrich, Trebbichau-Cothenien-  
sis, Veterum rituum Patronus.



1777

32 (17) 32

Christiana Theresia Rindfleisch, Cochenilla,  
Okt. 1777  
Cristina Theresia Rindfleisch, Cochenilla, Candi-  
dena Theresia  
Christiana Theresia Rindfleisch, Cochenilla,  
Cristina  
Königliche Theresia Rindfleisch, Theresia-Cocheni-  
lla Theresia Rindfleisch



147 669

V18-3

ULB Halle 3  
008 551 707



5b.

R





1759

DE  
DEDICATIONIBVS

DISSERENS,

V I R O S

GENEROSISSIMOS, SVMME VE-  
NERABILES, PRAENOBILISSIMOS, CON-  
SVLTISSIMOS, AMPLISSIMOS,  
PATRONOS

ET

SCHOLAE ANTISTITES HONORA-  
TISSIMOS,



ATQVE OMNES  
DRES ATQVE AMICOS  
OS, COLENDISSIMOS

AD

RCITIVM

E X A M I N I S

M CLASSIS IIDAE

CC LIX. HOR. MATVTIN.

TVENDVM

SSIME INVITAT

GVSTVS MILLING,

ONRECT.

THENII,

HOENDORFIANO.

